

1217.

1298 d. 10 Jan.

Strengnäs.

ERIK PETERSSONS qvittens på erhållen köpesumma för det till Ärke-Biskop Nils försålda Grenby i Sigtuna socken.

A. 3. a. 4. 17.

Omnibus presentes litteras Jnspecturis, ERICUS PÆTERSSON, salutem in domino sempiternam, Tenore presencium recognosco michi satisfactum esse ad meam voluntatem, pro vno solidi terre cum duobus den. & dimidio, in villa grenby parochia ecclesie beati petri sictionie situatis, quod premium vendidi Reuerendo patri domino Nicolao miseracione diuina archiepiscopo vpsalensi, secundum terre consuetudinem adhibitis firmarijs vvlgariter dictis fastar, de quibus, vnum erat dominus ysarus Episcopus strengienensis & alij quam plurimi discreti, In cuius presencia premissa facta fuerunt, In huius autem mee recognitionis testimonium sigillum meum presentibus est appensum, datum apud ecclesiam strengienes anno domini Millesimo. CC°. Nonagesimo. Octauo, feria VI. infra Octauas Epiphanie domini.

Sigillet adligt, något skadadt, på en ur brefvet klippt remsa.

1218.

1298 d. 9 Febr.

Marskalken THORKEL KNUTSSONS Bref om ett jordabyte med Ärke-Biskop Nils i Upsala.

B. 2. 51.

Omnibus presentes litteras inspecturis TH. KNUTSSON domini b. illustris regis sueuorum marscalcus Notum facimus per presentes, quod nos cum venerabili patre, domino N. archiepiscopo vpsalensi quandam prediorum permutationem fecimus in hunc modum, videlicet quod nos eidem domino archiepiscopo vpsalensi premium duorum solidorum cum dimidio quod habuimus in villa stawj parochia feringatunum cum omnibus sibi de Jure pertinentibus per presentes assignamus pro duobus solidis in villa litlinge insula werø, parochia danarø simul cum omnibus et singulis ad dictos duos solidos spectantibus de iure modo quocumque datum Anno domini M° CC° XC° Octauo in dominica sexagesime.

1219.

1298 d. 13 Febr.

Säckestad.

Biskopen BRYNOLFS i Skara Bref om utbyte från Biskopsbordet af Dunly samt Searstad i Wermland till Domprosteriet emot Domprostskäppan af Kinds och Marks häradar.

A. 2.

Omnibus presens scriptum jnspecturis, B. Dei gracia scarensis Episcopus. Salutem in Domino sempiternam. Quoniam ea que geruntur propter